



Acerca de este libro

Esta es una copia digital de un libro que, durante generaciones, se ha conservado en las estanterías de una biblioteca, hasta que Google ha decidido escanearlo como parte de un proyecto que pretende que sea posible descubrir en línea libros de todo el mundo.

Ha sobrevivido tantos años como para que los derechos de autor hayan expirado y el libro pase a ser de dominio público. El que un libro sea de dominio público significa que nunca ha estado protegido por derechos de autor, o bien que el período legal de estos derechos ya ha expirado. Es posible que una misma obra sea de dominio público en unos países y, sin embargo, no lo sea en otros. Los libros de dominio público son nuestras puertas hacia el pasado, suponen un patrimonio histórico, cultural y de conocimientos que, a menudo, resulta difícil de descubrir.

Todas las anotaciones, marcas y otras señales en los márgenes que estén presentes en el volumen original aparecerán también en este archivo como testimonio del largo viaje que el libro ha recorrido desde el editor hasta la biblioteca y, finalmente, hasta usted.

Normas de uso

Google se enorgullece de poder colaborar con distintas bibliotecas para digitalizar los materiales de dominio público a fin de hacerlos accesibles a todo el mundo. Los libros de dominio público son patrimonio de todos, nosotros somos sus humildes guardianes. No obstante, se trata de un trabajo caro. Por este motivo, y para poder ofrecer este recurso, hemos tomado medidas para evitar que se produzca un abuso por parte de terceros con fines comerciales, y hemos incluido restricciones técnicas sobre las solicitudes automatizadas.

Asimismo, le pedimos que:

- + *Haga un uso exclusivamente no comercial de estos archivos* Hemos diseñado la Búsqueda de libros de Google para el uso de particulares; como tal, le pedimos que utilice estos archivos con fines personales, y no comerciales.
- + *No envíe solicitudes automatizadas* Por favor, no envíe solicitudes automatizadas de ningún tipo al sistema de Google. Si está llevando a cabo una investigación sobre traducción automática, reconocimiento óptico de caracteres u otros campos para los que resulte útil disfrutar de acceso a una gran cantidad de texto, por favor, envíenos un mensaje. Fomentamos el uso de materiales de dominio público con estos propósitos y seguro que podremos ayudarle.
- + *Conserve la atribución* La filigrana de Google que verá en todos los archivos es fundamental para informar a los usuarios sobre este proyecto y ayudarles a encontrar materiales adicionales en la Búsqueda de libros de Google. Por favor, no la elimine.
- + *Manténgase siempre dentro de la legalidad* Sea cual sea el uso que haga de estos materiales, recuerde que es responsable de asegurarse de que todo lo que hace es legal. No dé por sentado que, por el hecho de que una obra se considere de dominio público para los usuarios de los Estados Unidos, lo será también para los usuarios de otros países. La legislación sobre derechos de autor varía de un país a otro, y no podemos facilitar información sobre si está permitido un uso específico de algún libro. Por favor, no suponga que la aparición de un libro en nuestro programa significa que se puede utilizar de igual manera en todo el mundo. La responsabilidad ante la infracción de los derechos de autor puede ser muy grave.

Acerca de la Búsqueda de libros de Google


El objetivo de Google consiste en organizar información procedente de todo el mundo y hacerla accesible y útil de forma universal. El programa de Búsqueda de libros de Google ayuda a los lectores a descubrir los libros de todo el mundo a la vez que ayuda a autores y editores a llegar a nuevas audiencias. Podrá realizar búsquedas en el texto completo de este libro en la web, en la página <http://books.google.com>

150

DISPUTATIO IN AVGVRALIS
 QVA
 VI NDICIAS
I V R I S N A T V R A E
 C H R I S T I A N O R V M
 IVSSV ET AVCTORITATE
 AMPLISSIMI PHILOSOPHORVM ORDINIS
 P R A E S I D E
 V I R O
 MAGNIFICO ATQVE EXCELLENTISSIMO
D O M . I O H . A N D R E A M I C H A E L E
 N A G E L I O
 METAPHYS. LING. ORIENT. ET ORAT. PROF. PVBL. ORD.
 ET BIBLIOTH. PRAEFECTO ORDINIS SVI h. t. DECANO
 SPECTATISSIMO
 PATRONO ATQVE PRAECEPTORE SVO
 PIE COLEND O

PRO SVMMIS IN PHILOSOPHIA HONORIBVS
 RITE AC LEGITIME CAPESSENDIS
 D. VIII NOVEMBR. A. S. R. CICCIOLVI
 PVBLICAE DISQVISITIONI SVBIICIET
 AVCTOR
G E O R G I V S C H R I S T O P H O R V S S C H V V A R Z I V S
 NORIMBERGENSIS.


 ALTORFII NORICORVM
 PRAELO IOHANNIS ADAMI HESSELII ACADEMIAE A TYPIS.





namquam morum disciplina Christianorum, inquit IO. HEVMANNVS, academiae nostrae lumen, in comment. de fontib. et oeconom. legum ciuitatis, II p. 94, tradita fuit uberrime; ius tamen naturae secundum doctrinam Christi mihi non satis explanatum uidetur. Explanatum autem? Immo vero ne dignum quidem censeretur a tetricis suis censoribus, quod in scientiarum regno, magis tamen magisque amplificando, ciuitate donetur. Tantum enim abest, ut indagationem quamdam id mereri existimant; tantum abest, ut eiusmodi tentamen, qualcumque est, non dicam necessarium, sed laudabile tantum esse concedant: ut potius, immane fatum! contumeliis, sibilis atque contumeliis pios officiorum genera secundum Christi legem definiendi conatus consequentur. Nugas appellant, auribus animisque hominum absurdos esse clamant, Judibrio habent quemque eiusdem sententiae fautorum. At aestimatores rerum parum aequi nobis omnes videntur, qui spreta diuiniori collustratione, rationem solam officiorum magistram admittunt. Crescent enim, uitiae lumine diuinitus auctor, naturae vires; decrescant virium defectus. Formosior, amabilior, utilior virtus; uitium magis inimicum, magisque infestum nobis representetur. Reddantur amicitiae immortales, mortales inimicitalae. Turum perpetuumque sit genus humanum, sanctiores regulas amplectens; amor enim et fides nullam habeant obliuionem. Satis igitur

superque de eiusmodi scientiae iucunditate atque praestantia persus fuisse
maxima cum uoluptate eamdem quodammodo explicaturus atque ab
inimicorum iniuriis defensurus sum, ueritate fructibusque eximiis opti-
me se commendaturam.

II

secundum
aliorum
et

Equidem tantum lumen Numen supremum animis mortalium
indidit, ut, si agendi impulsus eisdem insu ad idem curis prouidis du-
cantur, ad bene beateque uiuendum via facile inueniri possit. Sed
lux haec, nobis innata illustretur, necesse est, maiori puriorique luce,
quae nobis, innutritis in mitissima Christi doctrina largiter oriri solet,
si, quod debemus, ad perfectam semperque duraturam felicitatem,
ueris christiana discipline affectis propositam, contendamus. Insig-
niora de naturae legibus dilucide exponendis conamina uitorum no-
stri et anterioris aevi summorum non ignoramus, nec meritis eorum
detractum quidquam uolumus. Sed laude et ad posteros praedi-
catione precipua digna putamus consilia illustris de BOINEBURG,
aulae electoralis Moguntinae olim ministri, de omni eruditione
eiusdemque cultoribus immortaliter meriti, qui, referente Rachelio in
dissert. de iur. nat. et gent. th. 101, qua erat erga omnis generis stu-
dia singulari propensione, solebat uiris doctis idemtide eximia sug-
gerere argumenta, in quibus ingenia sua exercerent, iisque aliquoties
significauit, se desiderare, qui ad imitationem Seldeni de iure nat.
iuxta disciplinam Christianor. commentaretur. Literis communica-
uit desideria sua uir summus cum Forstnero, Boeclero, Conringio,
Puffendorffio, et Rachelio, qui quid responderint, uid. in GROENIN-
GII Biblioth. Iur. Gent. Europ. L. III c. IX p. 279 seqq. et in
THOMASII paullo pleniori hist. Iur. Nat. append. II, p. 156. seqq. Nec
displieuit hoc uotum illustri SECKENDORFIO, quippe qui in addit.
des Christen-Staats p. 315 eodem modo optat, dass man das Ius publi-
cum uniuersale, man hoffe es nun naturale oder gentium aus denen prin-
cipiis Christianismi berföhrete, oder docb, uvas aus dem Licht der Natur
berkommt, nach demselben examinirte und accommodirte. Conf. eiusd.
Entwurf eines allgemeinen natürlichen Rechts, in teutschen Reden
n. 50. Quid? quod Philosophiae recentis parens, illustris LEIBNI-
TIVS, Boineburgii mentem, quam habita cum eodem confuetudine,
omnium

(5)

omnium optime perspexit, non potuit non probare, id quod praefatio eius ad codicem iur. Gent. diplom. satis testatur, in qua inter alias variis quoque iuris naturae gradibus differens, tandem, recte, inquit, a iuris dactis inter desiderata relatum est ius naturae et gentium, traditum secundum disciplinam Christianorum, id est, (ex Christi documentis) ratiocinata, sublimata, divina sapientum. Nonnulli igitur, tantis tamque multis consiliis atque stimulis excitati, rem ipsam aggredi tentarunt, ut uero diuerso itinere, sic diuerso progressu. Alii enim suorum sententiam perperam intelligentes a recta via plane aberrarunt; alii uero, recte incidentes, iter haud prorsus perfecerunt. RACHELIVS duplarem semitam, alteram transuersam, alteram rectam aliis monstrauit, ita tamen, ut non uia, sed tramite egressus esse videatur. In differt, enim de iur. Nat. et Gent. th. 101. primum de ill. Boineburgi consilio uerba faciens temere credit, imprimis hoc Maecenatem uoluisse, ut ex optimorum Theologorum et imprimis Ecclesiae Patrum scriptis ostenderetur, quid ipse crediderint, iuris esse Naturalis: quibus argumentis quaque capita adstruxerint, et illustrauerint: quomodo illa disciplinae Christianae uel consentire, uel hanc Iure Naturali praestare, et prae illo multa eximia habere, existimaverint. Cum itaque, pergit RACHELIVS, hoc argumentum nemo tentare, medium perficere tantum opus posfit, nisi qui et naturalis et reuelatae religionis Christianae exactam cognitionem sibi comparauerit, Theologis sane hoc relinquendum est. Deinde uero, eodem se loco pro noui itineris duce gerens, sed ad rectam atque a se relictam antea uiam rediens, et quia, inquit, imprimis in disciplina Christiana tantopere commendatur et Lex Charitatis, et Lex Patientiae, notumque sit, tum ab aliis, tum a Grotio his multos singulares effectus tribui solere, bortatus sum, immo rogauit nonnullos, ut his Legibus explicandis aliquam operam nauarent, docerentque, quatenus illae cum Iure Naturae conuenient aut ipse praecellerent. Rachelium excipit fidissimus eius affectator, IO. IOACH. ZENTGRAVIVS, qui non solum illius uestigiis plane institut, sed praeterea quoque longioribus anfractibus usus est illo. Quum enim de origine, ueritate et immutabili reclusione iuris Naturae secundum disciplinam Christianorum, ad caput tamen gentilium, disquisitionem conscriberet; adductis in medium praefantissimorum ex Ethnicis Philosophorum testimonitis, ostendere uoluit, hanc Christianorum Philosophiam, a Christianis licet profectam, eandem esse, quam

quam ex rationis lumine etiam Gentiles tradidderunt, illorumque captiuum menti-
que respondera. vid. eiusdem orig. iur. nat. secundum disc. Christianor. ad gentilium captum vindicat. controu. I. p. 7. conf. quoque eiusd.
summa iuris diuini, Argent. 1699, 8. Quid vero? Num ethnicorum
testimonia noue suffecerunt iuris naturae Christianorum compilatori,
TRIERO? Minime gentium. Nam Iudaeorum quoque Mahumeda-
norumque consensum cum reuelatae religionis nostrae societatisque
humanae fundamento ostendens enīs est in introductione sua zu dem
Recht der Natur der Christlichen Völker. Agmen denique claudit
IO. LVDOV. PRASCHIVS; nec, quo vixit, tempore, nec meritis in
ius naturae Christianorum ultimus. Praeclare enim et sine ullis cir-
cuitiōnibus Christi legem, sacraque uolumina, in statu quoque natu-
rali pro actionum nostrarum norma et nationis supplemento habuit in
comment. de lege caritatis, et in designat. iur. Nat. ex disc. Christiano-
rum, in qua posteriori, elaborationem aliis relinquens; delineatio-
nem tantum huius scientiae in tabulas rededit, atque unicum, non
tamen prudenter satis explanatum, addidit exemplum. Addi Perillustris
CHR. WOLFFII obseru. de principio iur. nat. iuxta doctrinam
Christi in hor. subs. Marb. 1730. Nec praetennitendus esse hac in
re uidetur vir acutissimus, IO. BARBEYRACIVS; qui, j'avois dessin,
inquit in praef. uersioni operis Puffendorf. praemissa p. 124. de parler
ici des defauts qu'il y a dans la pluspart des livres et des discours de Mo-
rale; - - de la conformité des devoirs, que la droite raison nous en-
seigne avec les maximes de l'Evangile. Sed institutum optimum euen-
tu caruit, nisi ea huc referas, quae in traité du jeu I. I. c. 3. speci-
minis caussa attulit.

III

sectoris
sententi-
am.

Varias variorum de iure naturae Christianorum sententias pro-
lixius non recensemus; tradamus dilucide nostram, quae, licet cum
caeteris minus congruat, uera nihilominus erit, si, quod contem-
dimus, ex ipsa rei natura hausta fuerit. Ut autem habeant, quae
in diiudicando tentamine nostro sequi possint, idem lecturi, pra-
mittamus positiones paucas, rem omnem breuiter strictimque cora-
pleteentes. 1) *Naturam, rei cuiusque essentiam, uires, facultates et
receptivitates dicimus.* Haec uocis acceptio, usui loquendi conformis
nec

nec discrepare ab aliorum arbitratu uidetur. conf. Summe Reu. IO. PETR. REUSCHII systema metaph. §. 637 et BAVMGARTENH metaph. § 430. II) *actiones hominum determinantur vel ex principiis internis*, ueluti ex corporis humani structura et animae facultatibus, *vel externis*, hoc est, rebus omnibus coexistentibus. III) *Ius naturae, actionum nostrarum norma, tam naturam respicere debet.* Ergo totum ius naturae non tradunt, nec qui uel sola principia *internae* sequentes, hominem aut foliis mechanicis, aut animantium instinctibus subiiciunt, aut hominem ratione praeditum, sed ab omni eum rebus aliis communione quasi exclusum, mente complectuntur; nec qui sola principia *externa*, ueluti socialitatem sequuntur. Quae sit Stoicorum mens tentatio: *naturae convenienter est uiuendum*, non nescimus; sed ita eamdem interpretamur, ut tam nostrae, quam rerum omnium aliarum, quibus implicati sumus, naturae conuenienter uiuendum esse putemus: id quod latissimum officiorum campum facile nobis commonstrabit. Quare non incommodate rerum universitatis symphoniam, legis naturalis principium, stabilitat incomparabilis D. D. HEVMANNVS. uid. eiusd. profl. comment. de font. et oecon. leg. ciu. praemissa. III) *Vires corporis et animae augeri possunt et (quod caput rei est) augeri debent.* Primum hoc sit, fierique oportet, modo ordinario, id est, usu et crebriori exercitatione. Quae in stuporem nos haud raro coniicere solent, saltatorum et funambulorum exempla, ultra comparationis nostrae limites non extendenda, quantum ualeat frequens exercitium in corporis humani ultribus, abunde declarant. Praeterea stupeficus, quod animae facultates attinet, viros in computandi arte uersatissimos, memoriae capacissimos, musicos, ludi schachici heroas, manus simul cum tribus conserentes. Quantum itaque vulgare horologium ab artificio, tantum homo rudis ab homine decenter culto distare uidetur. Deinde uero hominis vires, modo quoque extraordinario, crescent; ad quae pertinet diuina reuelatio, quae siue uera sit, siue pro ea falso habeatur, uti Alcoranus, noua agendi principia suppeditat. Res notissima explicatione ampliori non eget. V) *Christiana religio omnium excellentissima, quam cuncti amplecti debemus, naturam hominum, viribus agendi, insigniter auget.* Vnde homo christianus dicitur in facie litteris xviij. articoli I^oC^or, V, 17, Ephes. M.

II, 10, συλεπονδεις τη χριστο εφεσ. II, 5, 6, μιταβεις εκ του Σαρακηνοις την ζωην, I Joh. III, 14, ευδοξεις δια λατρειας πανιγγειας, και επαγγειων πρωματος αγιου, Tit. III, 5, επιφανει ο χριστος, Ephes. V.

14. VI) Officia hominis qua talis, et hominis christiani, practice separari negantur. Haec separatio perniciosa et homine christiano indignissima, prauos mores disseminat et sustinet. Generatim enim arbitraria ista distinctione disciplinarum theoreticarum moralium ratione pii, iusti, decori, virtutis, prudentiae, id efficitur, ut homines etiam in vita practica officia sic inter se diuisa, ac se non nisi ad ius strictum obligari, putent. VII) Absurdum, officia pietatis et caritatis sebolis theologorum tantum inculcanda relinqui, quae Christiani omnes ad suum ius naturae referre debent ex rationibus christiana religionis propriis, reliquis autem efficacioribus, conf. S. diss. X. Ira; animi contumelie atrocissima, scelerumque immanium feracissima, quibus renaeditus fugienda lenienda sit, gentilium sapientes ingeniose quidem, sed parum efficaciter, docuere. Ut Quintum fratrem TVLLIVS, officiorum magister eloquentissimus, ab iracundia ad humanitatem revocaret, totum animum, curam, cogitationemque in omnium laude undique colligenda, inique summo serum suarum splendore ac magnitudine tuendo ponere iubet, atque cauere, ne quod in se, cuius uirtutibus theatrum totius Asiae datum sit, insigne uitium fuisse dicatur, quippe cuius rationem uitae res et fortuna eo deduxerint, ut sempiternus de se sermo hominum futurus sit. Si implacabiles, inquit epist. I. ad Quintum n. 13, iracundiae sunt, summa est acerbitas; si autem extortabiles, summa leuitas: quae tamen, (ut in malis) acerbitati anteponderanda est. SENECAE philosophia in quibusdam uix firmior. Etenim, ne incidamus in iram, famis et sitis expleione uix tempore quo quis obtinebimus lib. III, de ira c. 9, 10: nec furore hoc omnes liberabit speculorum usus aut sapientis dictum: cum pare contendere anceps est; cum superiore furiosum, cum inferiore fordidum. c. l. lib. II c. 34. Dogmata fastu plenissima, quibus mentis perturbationes coercere gentiles uocabant, recensuit clariss. STOLLE in diss. de splendida magis, quam solida ethanicorum philosophorum doctrina moralis. Philosophus christianus animi incitationes argumentis longe fortioribus, debellaribus, debellatasque diuinae prouidentiae et voluntatis, itemque futurae uitae representatione diutius in officio contingebit, Quia excellentior enim

enim argumentorum praestantia , eo maior obligationis uis atque potestas. VIII) His igitur praemissis facite nobis erit , declarare ius na- Definitio
turae Christianorum , quod ex natura humana , uiribus diuinitus aucta , iur. nat.
repetitum , tradat officiorum normas , rationi haud contrarias , Chri- christ.
stianorum statui conformes , maiorique motiuorum inde defluentium
uinculo constrictas. Inde uero cum utilitas rei , tum necessitas sine
ullo negotio cognosci poterit.

III

At altius rem repetamus , et ad singula eundo , instituti nostri De natura
rationem curatius persequamur. Homo quum puriori Christianorum homini,
gregi adscribi cupit , tantum abest , ut exuat humanam naturam , ut contra ad eamdem exornandam perficiendamque nouas accipiatur
vires. (conf. §. praec. n. I et V.) Verum enim uero naturae ipsius
conditionem rimari quodammodo licebit , de cuius uiribus in
uniuersum spectatis inter theologos et philosophos tam ampla , quam uaria , est disputatio. Primo uero intuitu sensuum se nobis
offert uarietas , inferior appetendi , quae bona uidentur , gradus
multiplex instinctuum uis , natura , usus pariter atque abusus. Quae
quorum omnia cum aliis animalibus communia habeamus , sollicite
distinguenda sunt ab iis , quibus iisdem praestamus ; quam quidem
praestantiam elegantissime descripsit TVLLIUS lib. I de offic. c. 4.
qui , inter hominem et belluam , inquit , hoc maxime interest , quod
haec tantum , quantum sensu mouetur , ad id jolum , quod adest
quodque praefens est , se accommodat , aulalem admodum sentiens praet
eritum aut futurum. Homo autem , quod rationis est particeps , per
quam consequentia cernit , causas rerum uidet , earamque progressus , et
quasi antecessiones non ignorat , similitudines comparat , et rebus praef
eritibus adiungit atque annexit futuras : facile totius uitiae cursum uidet ,
ad eamque degendam praeparat res necessarias , et caet. Ac natura iuris ,
idem inquit I. I de leg. c. 4 , explicata est nobis , eaque ab hominis
repetenda natura ; addimus , cum rerum uniueritate connexa. Iude
sapientioribus cum anterioris , tum nostri aeu , uiris ingentem officiorum
obligationumque cumulum cruere placuit , quae pertinent
ad hominis vel animalis , vel ratiore praediti , eiusque vel uitam
in solitudine , vel in societate maiore , vel minore degensis statum .
uid.

(uid. §. praec. num. II) Vix crediderimus, esse nonnullos nostrae praeferunt aetatis, qui praestantiae humanae pertinet eo dementiae procedere possint, ut nullum, uel paruum saltem inter homines et bestias discrimen adesse, quid? quod illos hisce infeliores esse praefraude tueantur. Auctoris quidem temulentis de l'homme machine, capit is illius tribus anticyris, insanabilis, philosophiam, ipsi fortasse, bestiisque maxime consentaneam, non curantes Gallorum quorumdam recentiorum fucum et somnia inania, puerilia, hominibus indigna putamus.

V

Dicitur. Prouidus cautusque naturae hominis investigator hominem creanior in- toris summi opus, infinitae sapientiae monumentum, mirabundus intue- structum, tyr, et divinae prouidentiae accepsum refert, quod machina, hu- mani corporis partim sive nostra opera mouetur, partim igniculis exciterur, quibus ratione temperatis ad bene beateque uiuen- dum impellimur. Evidem non errasse censemus eos, qui in- stinctus, in rationis gyrum deductos, iuris naturalis principium pu- tarunt. uid. CLAPROTH. Grundriss des natürlichen Rechts et iusd: peculiaris hac de re disquis. in der Samml. Juristisch, Philo- sophisch und critischer Abhandl. Quod si uero non nemo, qui haud ita pridem, nimia prauitia deceptus, iuris naturalis doctrinam ad se pertinere, aliosque omnes, ceu fungos et triobolares, fastidiose contempnere, animum temere induxit, de iure, hominibus innato sollicitus, instinctus qualescumque, non ratione temperatos, de- prauatos quoque, iusti rectique normam esse contendit, eidem iure occinimus, quae profert auctor dubiorum iuris nat. p. 142: Si pessi- mas audis, babebis non ius naturae hominum, sed bestiarum, imo, quod peius est, diabolorum. Certum enim uidetur, qui ius hominum sta- tut, quod non est ius, sed corruptela, et contra, qui ius non esse dicit, quod tamen est ius, illum deteriorem esse bestiis, et Deum atque rationem subiucere bestialiti. Sed longe tolerabiliores esse nobis uidentur, qui instinctus admittunt, quam qui iustum rectumque na- turae nihil esse statuant, et uel educationi, uel moribus, uel legibus cuiilibus, omnia officiorum vincula adscribunt. Veterum nonnullos hac labo, uitae ciuili infesta, contaminatos fuisse res est notissima. Quod uero ante Socratem peruersa haec opinio omnium mentes in- uaserit,

üaserit, quemadmodum tradidit sacha clarissimus SCHMAVSE in his
iur. nat. § II p. 7, seq. rerum documentis, quae adhuc seruamus, ;
antiquissimis, repugnare uidetur. Quam late pateat in homine morum
vis atque potestas, quantumque ad eos formandos ualeat in liberos par-
tendum cura prouida, quotidiana tristi laetaue experientia edocemur.
At ea propter uera non sunt; quae protulere auctores introductionis
versioni bibliorum Anglicanorum praemissae § 14 p. 9: *Dieses aber
behaftet vir, inquit, dass, wenn die Menschen die Tugend dem La-
stier vorziehen: so koemmt solches vielmehr von der Auferziehung, die sie
genossen haben, und von der vielen Mühe her, die man sich gegeben hat,
ihre Urtheilskraft in der Kindheit vwohl einzurichten.* Iure optimo con-
tradixit S. Ven. TELLERVS in praefat. sua sequentem in modum a
*Eine gute Auferziehung ist eigentlich nicht die Ursache einer tugendhaften
Gemüthsart, sondern nur die Aufmunterung und die Anweisung zur Er-
kenntniß der Wahrheit, und aus dieser muss die Liebe des gutem und der
Hass des bœsen, als ihre Wirkung hervorkommen. De legibus vero ciuil.
legum natur. uero uid. D. D. HEVMANN, in comment. de font. leg. ciu. sect. I.*

VI

Sed parcas, inquis, quaeſo, labori! Niteris nequidquam com-
mendare nobis excellentiam hominis, quem labes quaedam insita à hominis
uirtutis tramite auocat, cuius animus, pestifera infectus contagione,
sani nihil agere ualet, atque adeo deprauatus est, ut ad meliorem fru-
gem numquam redire queat. Num nobis, humane lector, imponere
student, qui tantum luminis cuique mortaliū superesse afferunt:
quantum pro suo circulo ad legem suam cognoscendam sufficiat? siue
rationem limitibus circumscriptam, siue morbo inueterato corruptam
dixerimus, iam nos dispiciamus, quum diuinorum ope oraculorum
adiui, falli mortalem sciamus, qui peccatum se habere neget. Rom:
III, 10 seq. I Ioh. I, 8, Hebr. XII, 1, Iac. III, 2. At nihilominus
multorum de statu corrupto sententiae corruptae prolatae fuerunt, de
quibus paucis dispicere instituti nos ratio iubet. Iam apud veteres
querela uetus de hominis miseria, quam scite depinxit CICERO
Tusc. Quæſt. I. III, cap. 1 et 2. Sed ueram mali originem gentilium
sagacissimi non detexere, uid. TOB. PFANNERI syst. theol. genit. c. 49

§ 7 et S. Reier. CANZII philos. Leibn. et Wolff. usus. in theol. c. V.
 § 536. n. 365. Nec ii apud omnes gratiam inire uidentur, qui nostris
 temporibus, sola ratione duce, peccatum innatum, atque a primis pa-
 rentibus nobis infitum, cognoscere, sensaque sua argumentorum catenis
 firmissimis munire student. Nervos ingenii hac in re intenderunt acu-
 tiss. ANDR. WEBER. in der *Übereinstimmung der Natur und Gnade*
 et complures alii. Quae sit criminis ad totum genus humanum pro-
 pagati historia funesta, sacer codex ignorare nos haud finit. Deus
 ipse, qui primum hominem imagine sua ornavit, inuatam hominis
 post lapsum prauitatem clare describit Genes. VIII, 21. Multum sa-
 ne inscitiae aut nequitiae omni aeuo proditum fuit ab iis, qui lucem
 huic rei nimis claram aut nebulas offundere uoluerunt. Senior doctrina,
 literisque sacris conuenientior haec est: malum illud natum
 omnes homines afficit, eosdemque non quod ad essentiam, sed quod
 ad naturam, ad internum diuinae uoluntatis obsequium infirmos red-
 dit. conf. immortalis famae uiri, S. Ven. BAVMGARTEN. theo-
 logicalche Moral. P. I c. 4 § 46. Ad nostrum in primis scopum disqui-
 rere spectat, num homo in se suisque uiribus plane nihil habeat, quo
 ex inueteratis, quibus opprimitur, malis emergere possit? Evidem.
 Flacii aliorumque sententiae centies profligatae: sed nondum deerunt,
 qui, ut inter multos unicum nominem, CONRADI DIETERICI, opti-
 mi theologi, sententiae subscriptent, qui, in spiritualibus, inquit in in-
 stit. catech. p. 518, *libertas uirium omnino nulla, sed plane mortua est.*
Coloss. 2, 13, ut homo nec ad gratiam diuinam se praeparare, nec oblatam
acceptare possit. Spinoza sane est disceptatio inter theologos de libero
 hominis arbitrio, seu de uiribus intellectus et uoluntatis humanae
 post lapsum in homine residuis. Non interpretum, sed oraculorum di-
 uinitus datorum auctorati conuenienter qui decernant, acu rem teti-
 gisse putamus. Quod εγώ, diuus Paulus inquit Rom. VII, 17, 20, κα-
 τεργάζομαι αυτό (ο οὐ διλα τέλος) αλλ' η σκέψη εν εμοι απωτία. Ευθίσκω
 αρά, pergit v. 21, τον κόμον, τῷ Σελότι εμοι ποιεῖ το καλόν, οτι εμοι το-
 ράνος περάκισται. Sapientissima itaque inter hominem, eique adhaeren-
 tem nequitiam a scriptore sacro facta distinctio, quae simul haud reii-
 ciendae emendationis humanae duratus spem nobis iniicit. Faciat
 tantum homo, uitiis contaminatus, experimentum, omnesque animi
 seruos intendat, quo perfectior quodammodo, quantumque uires eius
 per-

permitunt, evadat, aut, quo, quem insuperabilibus forsitan ipsi obliterandum sit difficultatibus, altioris se auxilii reddat capacem. Prima in animo, quasi virtutum igniculos et semina, non deprimat, sed purget. Rationis, diuini animae munera, praeftantiam promoueat, eaque promota, pedetentim magis magisque honestati studeat probitatique. At ut denique nulla actio sine animi impulsu suscipitur; ita idem in exercendis uirtutibus semper fortior sit, firmioribusque nunc naturalibus, nunc hominis vires superantibus nitatur fundamentis. Nec in roboranda sententia nostra, quam antea de viribus nostris naturalibus protulimus, virorum in re sacra perspicacissimorum auctoritate destituimus. *Nec affirmamus*, inquit S. Ven. et de puriori religionis nostrae doctrina merentissimus PFAFFIVS in instit. theol. P. I c. VII § 10, omnia ea effata scripturaria, quae u'go bane in rem offeruntur, ex aequo stringere, opera illa, quae a nondum conuersis frunt, simileiter mala et reprob'a esse. Cum enim ea subinde a Deo laudentur, praemissaque temporalibus compensentur, gratiaeque etiam auxilia pone sequentia habeant, denique legi diuinae, quoad substantiam actus, sint conformia, eatenus, quin bona dicti possint, et quin eiusmodi opera it quoque, qui nondum sunt conuersi propriis viribus efficere possint, nullum est dubium, conf. solidissimus et S. Ven. REV SCH. introd. in theor. reuel. § 378 p. 703, sqq.

VII

Siccine, inquis, naturam, et, quod eam transgreditur, arctissimo diuina clementia restringata. coniung's uinculo? An diuinos illos motus, humanis viribus inaequales, fortioresque esse, nescis? Hoc autem concessio, in emenda mente nostra aut humanum plane tollitur et obscuratur, aut, eo manente, remanet quoque uitiorum fons atque scaturigo. Ut fluctus tuos sedemus, consulamus oratula diuina Ioh. III, 3, Rom. VI, 6, II Cor. V, 17. Ex quibus patescit, seitorum diuinorum sensum hunc non esse, quod homo, religionis christianaë alumnus, naturam suam, sine qua tamen ne cogitari quidem potest, omnino exuat. Christianorum socius (en! quid nos sentiamus) insignem status mutationem, perpetuamque cum animi pravitatis lucram subit, nec iam per saltus, sed per uarios gradus, in statum gratiae transgreditur, diuino nomine sancto labore suo clementer aspirante. Suppletur B. 3 sup.

superiori adminiculo virium defectus , renouatur animus , non funditus vero exputantur , sed amputantur altae imbecillitatis radices . Quo maior naturalis , eo amplior caelitus orta perfectio . Quo ardentior ad perpetranda bona cupiditas , eo facilior , eoque fructuosior mutatio salutaris (uid. supra §. III diff. n. V) Egregie mentem nostram confirmat theologorum summus , BVDDEVS , qui , in regenit , inquit in theol. mor. cap. I § 36 , natura ita se habet , ut quidquid in ea prauum atque peruersum est , per gratiam magis magisque immiuatur : ipsae autem facultates naturales , habitusque , qui per se mali non sunt , non destruuntur , sed emendantur , sanctificantur , et ad bonum finem diriguntur . conser. S. Reu. BAVMGART . Theol. Mor. P. I c. V §. 65 et CANZ. I. c. c. II prahim. §. 27 sqq. Enthusiasmi uitio laborare uidentur , qui opus gratiae sine hominis totius transmutatione peragi haud posse , et sibimet ipsis , et aliis incautioribus persuasere . Inde infelix cruci affigendae carnis studium ; inde peruersa in latebras fese coniiciendi consilia , quibus insecura aetate ad multifariam hominum perniciem abusi sunt christianae cuiusdam religionis asseciae ; inde torpor piger et nefandus ; inde detestanda motuum diuinorum , extraordinario , ut sibi fingunt modo , aut ui atque coactione quadam homines emendaturorum expectatio . Non nostris vero , sed grauissimis grauissimi HEVMANNI uestibus aut simplicitati huiusmodi aut peruersitati obloquamur : dum in terris hisce ambulabis ; ne quaere latibula , ut ferae , sed erexit ad sidera tolle uultus , intuere creatoris tui opera , infinitae potentiae , sapientiae ac benignitatis documenta innumerabilitia . Obsu-
fice et agnosce , Deum domicilium tuum in mundo optimo collocasse , teque generis humani societati adiunxit . Caeu igitur , ne ineptiae tuae in Christi dogmata praestantissima offensiones graues concent , ne lex rationis uitium religionis corriger cogatur . c. I. sect. III § 15. Qui mutationem quamdam extraordinariam atque violentam praestolantur , ideo quam maxime falluntur , quia , ut iam iam diximus , non per saltum homines , sed per gradus in statum gratiae , transgredi manifestum est . Omnis enim status , tam naturalis , quam gratiae , diversis gradibus pro diversitate partim hominum eorumque virium , partim circumstantiarum considerari potest . Gradus vero rationibus determinantur momentibus , ex cognitione magis magisque clariori oriundis , nunc simplicioribus atque

atque inferioribus, nunc magis compositis atque maioribus. Homo naturahibus adhuc viribus praeditus, primum ex consuetudine aut ex sui tantum commodi studio, deinde ex honestate, denique ex pietate quadam naturali agere ualeat. Hunc vero naturae limitem proxime excipit gratiae gradus infimus, infimum superior, supericrem magis superiores, magis denique superiores summus. uid. summus LEIBNIT. in pref. ad codic. diplom. CANZ. l. c. cap. IV disc. praelim. et de re scholastica et sacra optime meritus CARPOV. in diff. de gradatione uirtutum.

VIII

Sed quorsum baec disputas, mi tiro, inquis, humane lector? Religionis quorsum? Scilicet, ut gratiae cum natura vindicata concordia, christiana cum uita supremi Numinis auxilio concilianda augendaque, homini, non ciuili cor- terrae tantum huius glebae adscripto, sed ad aeternam felicitatem uocato, iuris naturalis diuinitus corroborati cultum in omni, quo uiuit, status forma, serio commendemus, ipsique sanctioris doctrinae alumno, fluctuationem omnem, ex ineluctabili uirium prauitate ortam eximamus. Beata sors eorum, qui uitam degunt diuinae uoluntati conformem, quae nobis met ipsis per naturam innotescit, et per religionem, sine qua nec domus illa, nec ciuitas, nec gens, nec hominum uniuersum genus rebus suis optime consulere poterit. Dementissimam temeritatem Machiauelli, Baylli, Mandeuillii aliorumque, religionem nostram ciuili uitae noxiā criminantium, fortiter profligarunt S. Reu. BVDDEVS in diff. de concordia religionis christiana statusque ciuilis, celeb. KORT-HOLT in obtrectatore pagano; et acerrimus reuelationis defensor LILIENTHAL in der gerechten Sache der göttlichen Offenbahrung P. V c. 11 §. 87 p. 46 sqq. Ciuitatum salus (en! quo consentiunt omnes politiae doctores) in eo posita, ut ciues, magistratui suo obedientes, secure uiuant et tranquille, atque adeo suum cuique tribuant, nec auaritiae, ambitioni et lasciuiae dediti quietem publicam misere turbent. Sed Christi doctrina uerissima magistratus reuereri iubet, et dare Caesari, quae sunt Caesaris, uitamque degerē ab omni uitiorum labore immunitam, ideoque firmissimum rei publicae fulcrum eamdem putamus; non politicorum inuentum, aut rudis plebeculae territandae consilium callidum; cuius mendacii monstrofi auctores

res transmarini infelicissimi quam maxime uellem , ne nostrisibus
innotescerent , et in uernacula translati infirmorum animos depravaarent . Dabo , inquis , religionem christianam ciuilis status rationibus haud obesse : quid inde ? liberam tamen ab imperio ciuili religionem non esse , euincere numquam . In ciuitatem homines cum coirent , de religione pauci inuicem non sunt , nec , si uoluissent pacisci , potuissent , cum mentem eadem pertingat , ideoque arbitrio cuiuscumque relinquenda sit . Religionis sub obteatu ne detrimenti quid capiat res publica , sedulo prouideant populorum rectores , atque eatenus religio ciuili imperio subtrahi non potest . Princeps christianus ciuium felicitati et huius et futurae uitiae nauiter intentus , religionis suae dogmata integra seruabit , nec aequa mente latu-
Naturalis
religio ue-
ra, sed non
perfecta,
rus est petulantes irrisorum turbas , qui diuino metu soluti quiduis sibi licere putant , et humanam maiestatem , ciuitatis vinculum , aggredi , commodorum spe allecti , non erubescunt . Sed si uera sunt , quae de religionis naturalis praestantia circumferuntur , religione reuelata opus sane erit ? Religionem naturalem , naturalis iuris partem , religionem ueram , sed non perfectam , censemus . quidquid alii obloquantur , qui quidem Grotium , Puffendorfiumue , viros immortales , theologiae naturalis doctores dici , aegre passuri uidentur , nunc tamen (quod mireris) uitio uertunt Ill. Schmaussio , quod officia erga Deum in suo iuris naturalis systemate omiserit . Nos nondum obliiti sumus , Puffendorfium , in libro de officio hominis et ciuii theologiae naturalis sciagraphiam dedisse , et quia omnes homines naturalis iuris notitia imbutos postulamus , ab iisdem quoque seniori theologiam naturalem requirimus . de eius praestantia uid . S. R. BVDDEVS inst. theor. dogm. L. I c. I § 19, sq. Sed non acquiescendum esse in naturali religione arbitramur , licet eiusdem donum maximum , quod charaeteres certos suppeditet , ex quibus ueram religionem a fucata dignoscere , ea que nos carere haud posse , perspicere queamus . uid. LILIENTHAL l. c. P. I et introd. ueroni bibliorum Anglicanorum praemissa . Si itaque , quod ratio nos docet , reuelatio nostra uera est atque necessaria ; quid est , quod religionis christiana amplectendae uinculo subducere nos ue-
limus ?

VIII

Si , quod omnes debemus , Christo nomen damus , hoc est , actionum nostrorum normam unicam , salutiferam , sequimur Dei voluntatem , sacro nobis codice luculentius traditam , cuius summa est , ut salutem per Christi mortem universo hominum generi partam , ordine diuinatus praescripto et fide integerima amplectamur ; foedus cum Deo et societatem inimus arctissimam , quae christianaे hospitalitatis tessera est perpetua . Ο κολλωρος τη κυριῳ , inquit Paullus , I Corinth. VI, 17, ο πινατα εστι . Locum hunc amplissimum morum Christianorum magistri uberior explicare solent , inter quos euocasse sufficiat S. R. BAVMGARTEN. P. I theol. mor. c. V ; nec minus congruenter diuinorum oraculorum sensu adoratus est liber IO. SCHILTERI de societate inter Deum atque hominem , eius iure et officiis , commentary de libertate eccles. Germ. adiectus . Quemadmodum Lex cari-
tatis prin-
cipium ius-
ris naturae
Christia-
norum
vero immensus Dei amor est , quo quisque regni Christi socius amicitia cum ipso coniungitur : ita ipsimet inuicem socii castissimo amore mutuo nihil prius , nihilque antiquius habere debent . Quid clau-
sius seruatoris nostri uerbis ? Αγαπησεις Κυριου του Θεου σου εν ελη τη
χαρδιᾳ σου , και εν ελη τη ψυχῃ σου , και εν ελη τη διανοιᾳ σου .
Αυτη εσι πρωτη και μεγαλη εντολη . Δευτερα δε ομοια αυτη . Αγαπη-
σεις του πλησιου σου ως τεωτου . Εν ταυταις ταις δυσιν εντολαις ελος
ο Νομος και ει προφηται κρεμανται . Matth. XXII, 37 - 40. Luc. X,
27. Legis christianaē antistites , diuino afflato edocri , amoris obser-
vantiam idemtidem inculcarunt . Paullus uocat amoreν αγαπηφα-
λαιωσιν του νομου , nec non πληρωμα νομου Rom. XIII, 9, 10, συν-
δεσμον της τελειοτητος Col. III, 14, το τελος της παραγγελιας
I Tim. I, 5. Έx amore mutuo nos ad Christi gregem pertinere , co-
gnoscitur , quare nos seuere admonet seruator : παντασσα αν θελη-
τε , ινα ποιωσιν υμιν οι αν θρηπτοι , γτω και υμεις ποιειτε αυτοις . Ουτος
γαρ εσι ο Νομος και ει προφηται . Matth. VII, 12. En igitur caritatis
legem , legem fundamentalem regni sociorum Christi ! En cynosuram ,
quam sequatur mentis lumen in explicando omni officiorum ge-
nere , tum quae Deo , tum quae homini debentur ! En (quod te exi-
gere a nobis sentimus) juris naturalis Christianorum principium cer-
tum ,

tum, euidens, adaequatum ! Non sumus ignari , quantis inuicem altercationibus morum doctores de primo iuris naturalis principio commentantur. Nobis, ab hac pugna alienis , rerum uniuersitatis symphonia, officiorum principio summo, legem caritatis contineri , supra demonstrasse aliquo modo, sat erit. (diff. § III) Ac propterea non est, quod assensem denegemus Cocceio atque Heineccio, uiris de morum legumque doctrina saniore immortaliter meritis, quorum hic, illius uestigia premens , hominum officia quaecumque , sola ratione praeluciente , ex amore scite eleganterque deduxit in elementis iur. nat. et gent. Hal. 1738 , 8. Quos praeter meritum offendit haec doctrina, horum caussa, gentilium perspicaciorum fidem et iuris innati testimonium excitabimus. Sanxit Pythagoras , Iamblichus et Hierocle testibus, omnium amicitiam erga omnes ; sed non eundem in modum. Aliter diligendos alieni generis , aliter ciues , aliter domesticos , aliter agnatos , aliter bonos , aliter malos , hos propter naturam , illos propter naturam et sententiam ; diligendos bonos , malos odio non habendos ; Deumque imitandum , qui bene facit improbis, probos sibi adiungit. Plura ueterum testimonia collecta videbis apud HVET. in quæst. Alnet. de concordia rationis et fidei . I. III , c. 17, et apud IO. PHIL. SLEVOGT. de nat. homiaum inter se amore. Caritatis igitur legi, natura et reuelatione nobis inuictae, nemo se subducere, nisi præfracte temerarius , poterit, qua e medio sublata , ut cum Ciceronे loquamur , omnis e uita est sublata iucunditas.

X

Iam fiat applicatio , quæ , exemplis quibusdam in medium prolati , institutum nostrum clarius redditura est : pleniorem enim juris naturae Christianorum explicationem alii tempori reseruamus. Nondum inter eruditos conflat , quodnam officiorum genus in iuri naturalis doctrina explanandum sit, utrum , priscorum exemplo , omne id , quod ratio suadet , an hoc solum , quod manat ex ea necessitate , sine qua civilis uitiae integritas salua esse non potest. uid. SCHNEIDERI diff. de finibus iurispr. nat. regundis. Missis his fluctuationibus , id quod nemo , rerum gnarus , umquam in dubium vocavit , concedi nobis postulamus , quod uinculi , quo supremo naturae conditori obstringimur , ratione habita , nullum officiorum discriminem admittendum sit. Esse Deum , quem reuereri casta mente debemus , id ratio nos docet , luculentius firmiusque scriptura sacra , quam eeu divinitura munus.

munus hanc ob rem in prelio maximo habemus. Homo autem quam
maria sibimet ipsi debeat, contemplatio sui, et, cui innexus, rerum
harmonia ipsum ignorare haud patiuntur, cti tamen ex lumine codicis
sacri, qui ipsum se amare ceu alterum iubet, lumen maius atque clari-
tius oritur. Hominis erga alios officia, ratione ministra, eaque sin-
gulari diuina revelatione edocta, optime diagnoscuntur; sed interpretes
officia stricti iuris ab officiis humanitatis sedulo distinguere, et illa,
non haec, ad iuris naturalis sphaeram referre solent. Ne autem extra
viles quasi uagemur, nos amanter admones, ut loquendi usui et ma-
jori doctorum numero cedentes uitae officia stricti iuris sola ad iuris
naturalis disciplinam pertinere largiamur, et, quemadmodum adden-
do quidquam aut derrahendo ius naturae Christianorum ex iisdem
effici possit, uberioris declaremus. Bene mones et opportune: cum
enim hanc pugnam pugnauerimus, de caetero officiorum genere inter
nos facile conueniet. Officia stricti iuris hac elocutione contineri dicun-
tur: neminem laedas, uel quod ad uitam, uel quod ad corpus, uel quod
ad existimationem et fortunas; nec quemquam laedas ante pacta, nec post
pacta. His neglectis pax externa est laesa; inde hec in statu libero, in
ciuitate litos perpetuae. Qui adeo rudit atque agrestis, ut tenuia haec of-
fendere non erubescat, cum uix hominis elogio dignum putamus: sed si
tu es Christianus, singulares te et multo fortiores rationes permovebunt,
ut te abstineas abs quacumque aliorum laesione. Ac propterea iam
non incommodo iterum te monitum hec volumus; bene uole lector,
motuorum maiori pondere ad agendum homines omittendumque mul-
tum flexibiliores sequacioresque fieri.

I) Nonnulli ius naturae ex decalogo docuere, inter quos agmen dicit Philippus Melanchthon, vir immortalis memoriae. Labor, ex quo multi fructus in hominum
mores redundare possunt. At in decalogo Deus altitonans leges,
quas stricti iuris vocas, iam notauit; quem tu, gregis christiana*s*o-
*c*ius, non est, quin summo studio amplectaris. Vindicare minatur
Deus, legislator supremus, legis suae transgressionem aeternis flammis,
cruciatusque; sicuti obsequium eiusdem perpetuis praemis beare
promittit. En obligationis robur primum, speciali iussu diuino os-
tum, pace externa, eiusque laesae incommodis longe fortius!

II) Deinde dictam tibi in nouo foedere in primis esse, serio cogitabis,
de gem caritatis, quae quidem nostra lex non est, sed prioris legi noua
expli-

explicatio. Et lege hac alterum , sicuti te ipsum , atque adeo hostem tuum , complecti iuberis. Eum uero , quem sicuti te ipsum diligis , nec occides , nec trucidabis , nec mutilabis , nec iniuriis uiolabis , neue suis bonis manus rapaces inferes , sed , ut tuo officio , quantum in te est , satis facias , uitam eiusdem et sanitatem tueberis , depulsabis pericula , precibusque Deo eumdem nullo non tempore commendabis , felicitatem istius quoquo modo proueturus. Vtique codieis sacri paecepta huius rei , centies repatis , frustra ignorasse te obtendes. En alterum obligationis fundamentum ! III) Postremo , melius homines , inquit SECUNDVS , exemplis docentur , quae in primis hoc in se boni habent , quad approbat , quae praeципiuntur fieri posse . At sacer codex plenus est exemplorum perfectae uirtutis , immo uirtutis perfectissimae Christi , seuatoris nostri , cuius vestigia ut premamus , idemidem admonemur , quo aliis ad bene beatoque agendum uicissim exemplo paeire possimus. En nouum tertium que obligationis fontem ! Homo christianus , qui tam fortibus argumentis ab aliorum laetione sibi cauet , cum forte damnum dederit , id ultero resarciet , quoniam quodcumque , ut alii sibi faciant , uoluerit , id aliis uicissim paeestare iussus est Matth. VII, 12 , LUC. VI, 31. Iuri naturali , (ut , quid sentiamus , ingentie fateamur) quidquam nec addi potest , nec detrahi , neque per leges ciuiles , neque per sacram scripturam. Quemadmodum ius naturale gentium ius dicitur , si gentibus applicatur , ius ciuile , si ciuib; ita ius Christianorum uocamus , si Christianis declaratur conueniente explicatione , quam in codice sacro deprehendimus. Multiplex hominum status multiplicem iuris naturalis interpretationem postular ; quam in uita ciuili admittimus , in uita christiana reuicere uolumus. Miseri mortales , qui rationem extra doctorum compendia uigilantiam suam non extendere putamus ! Egregiis rationibus nostram sententiam roboratam , reperimus in Excellentiss. D. D. HEVMANNI comment. de fontib. leg. ciu. sect. I. Quae eum ita fint , rationis omnino esse statuimus , quae sacer nobis codex de uindicta priuata omittenda , de iurium iurandorum cautori usu , de in ius uocationis abstinentia , de mutuo , de usuris , de foenore , de iniuriis seuere praecepit. Haesitabundis hac in re et obtusioris aciei hominibus lucem affundere potest LILIENTHAL. I. c. p. 359. Christiani ad peragenda haec cogitatione nexus , quo cum

cum seruatore suo coniunguntur, propensiores redduntur. Si ulterius instas; haec scita ex Christianorum natura repetita esse, non negamus, nullo logomachiae urto abrepti. uid, § diss. III. Non sine summo laudis praeconio tibi commendamus pii ICRI AHAS-
 VERI FRITSCHII libellum de iure ac regimine caritatis christiana in caussis ac negotiis ciuilibus. Add. IMMAN. VVEBERI
 habitus iur. nat. ad discipl. Christianor. in cap. defensionis violen-
 tiae, quem quidem acu rem terigisse ubique, non existimamus. Ne
 stomachum tibi moueremus, uite tantum officia, extorqueri solita,
 considerauimus; tu uero, si recte fapis, nimis non coarctabis in-
 dolem horum officiorum, quibus homo Christianus contentus non
 erit. Homo aliam ex alia tunicam induit, imperantis eius, do-
 mini, serui, mariti, coniugis, parentum, liberorum, horum om-
 nium, die quoefo ulterius, quae sunt officia stricti iuris? Inter gen-
 tes ea iuris naturalis esse dicuntur, quae sunt inter priuatos. Sed
 quam uellem, ut nesciem privilegia exorbitantia, quae gentes
 non moratores tantum, sed etiam Christianae, sibi ipsae sumunt,
 et uitae ciuilis magistri infautis consilii fulciunt. Praeclara sunt
 et rationi et reuelationi conformia, quae summus vir, GROTIUS, in
 I. B. ad P. de caritatis lege, gemibos quoque dicta, nec non
 PRASCH. in disquis. de iure gentium maxime Christianorum uero
 et ficto, itemque D. D. HEVMANN. in diss. de ciuitate gentium
 protulerunt. Sed furdis auribus narratur fabula. Moderatores po-
 palorum, itaque idem in commenti de font. leg. ciu. sect. III §. 16,
 eorumque offentatores leges amoris sibi pene habent probro. Com-
 fugium ad idolastria, ad tus nescio quod gentium, ad rationem status,
 ad trutinam regnorum, ad gladium ultorem. Parce ferro, mortalis,
 glebae tuae, quas provincias dicas, res tuae caducae et fragiles et uanae
 sunt non sunt, ut tot hominum sanguis exsorbeatur. Respice inopina-
 tas regnorum conversiones. Dubius consiliorum prudentiae plenissimorum
 eventus. Belli casus incertus. Si nullum collegium tam desperatum
 est, in quo nemo e decem sana mente sit ac bona fide: num ex toto
 gentium christianarum senatu nullus arbiter idoneus, nullus pacis auctor,
 armis nondum arreptis, legi poterit? Pertinacia, auditas, impetus
 praedorum, armis frangantur.

legibus ci-
vilibus ro-
boratur,

Cum utrique diuinæ legi, tam literis, quam ratione promulgatae, obedire debeamus; officiorum discrimen, cuius mentionem paullo ante iniecimus, ad viros christianos pertinere, firmiores legum ac morum interpres, philosophiae uerae, non simulatae affectatores strenui, iam dudum fortiter negarunt. Praestantior Seneca doctrina, doctore christiano non indigna: *quam angusta res est, inquit, ad legem bonum esse? quanto latius officiorum potest, quam iuris regula? quam multa pietas, humanitas, iustitia, fides exigunt? quae omnia sunt extra publicas tabulas.* de ira lib. II c. 27. Verum enim uero in christianorum quoque praetorum atvis officia religiosis, uirtutis, humanitatis, amoris latius describi, et ciuibus seuere iniungi solent; ex quo ulterius manifestum erit, cuicunque iusto bonoque tantum ad normam iuris naturalis, cogentis, rudis, angusti nimis, ad ciuiis probi et christiani nomen tuendum multum adhuc deesse. Roboramus, id quod diximus, ex ipsis legum tabulis. Iam veterum legislatorum non nulli uno saepè legum codice officia perfecta et imperfecta, mores, ritus aut conuentus ciuibus indiscriminatim tradidere. vid. L'ESPRIT DES LOIX lib. XIX c. 16. Praebent huius rei exempla ubiuis obvia cum iuris Romani corpus ab Imp. Iustiniano consecutum, ex quo probitatis et religionis praecepta bene multa collecta nobis dedit D. D. HEVMANN in comment. de font. leg. ciui. sect. III §. 6, sqq. et sect. III §. 17, cum amplissimae constitutionum collectione, Germaniae procerum auctoritate in publicum emissae, parique sequitur munitae, in quibus eminent leges politicae, hoc est, intentae ciuilis uitae perfectioni summae, quae absque exacto religionis sanctique moris cultu obtineri nequit. Princeps, populi moderator, nullo magis, quam parentis cognomine, taetabitur, memor illius Claudiani;

Tu ciuem patremque geras, tu consule cunctis,
Non tibi; nec tua te moueant, sed publica damna.

Haec dicta sibi ip primis existimabunt christiani principes, quibus curae cordique erit ipsa suorum uirtus, non uirtutis species aut pigmentum. Ac profecto cum sceptrorum uis tota pereat, si pendere iusta

iusta incipiunt; peruvicissimi sunt (aut saltem videri volunt) iustitia, quae ex sententia summi Leibnitii, diligentis sapientia est. *Es vvere zu vvünschen*; ait Elector Saxoh. Augustus ord. Torgau. de s. 1583. rubr. uon vvucherlichen Contracten, *dass mäniiglichen die christliche Liebe bey sich so uiel gelten liesse, dass er mit der Übermasse, die ihm der allmächtige bescheret, seinen Nächsten, so es bedarf, ohne einigen Vortheil und Gewinnst ausöhlfse;* et in constit. polit. NASSOV. pag. 127 cautum: *därneben üveit eines vvahren Christen glaub sich durch die Lieb beuveiset, sol auch ein ieder mit Fleiss vermahnet uverden seinen Nächsten nit aus einiger Forcht oder besorgten Ansteckens halben in seiner not und gefahr trost und hilflos zu lassen etc.* Vsuraria prauitas aduersari dicitur der christlichen Liebe und den gemeinen Rechten cit. loc. add. R. Imp. de anno 1577. Cum, quod supra asseruimus, ciuitatis robur maximum sit Numinis sincerus castusque cultus, procul a ciuitate qualibet bene constituta arcentur Deum temere negantes, et in omnem impiorum cohortem poenaes grauiores faniuntur. Nullum certe religionis caput, de quo legibus non prouisum, idque seuere. Decalogus totus cum uberiori eiusdem explicatione repetitur in ord. polit. NASSOV. P. I., cui in fine adiectae sunt quaestiones sedecim, ad quas post harum legum promulgationem, singulis annis recolendam, subditorum quisque executi ab officialibus iubetur, et anistaduerti in immorigerum, rigoroso hoc examine deprehensum. En pietatis probitatisque negligentiae, poenis coerceri solitae specimen! Cui ignotum est, in constitutionibus politicis praeceptum de religione sabbathi, de literarum sacrarum explicatione, de baptismo et sacra coena imperari. Capita primaria fidei christiana, quam pura mente amplecti debemus, explicantur in libris symbolicis, quos principes, purioribus sacris addicti, conficiunt, legum imperii auctoritate adiuti. His omnibus rite persensis, uix ueritas constabit politicorum nostrae aetatis fallaci dogmati, aeternam subditorum felicitatem extra imperantium christianorum curas esse. conf. ill. ab IVSTI Grund-Sätze der Policey VVissenschaft c. XV §. 272. Morum disciplina, quam ratio suadet et Deus, seruator noster, uberiori explicat, ornamento et maximo usui est hominibus, in ciuilem societatem congregatis. Ideoque ca-

ueri solet legibus de honestate, de temperantia, de ~~et aquae~~ colenda,
 de luxu reprimendo, de uitando otio, scelerum omnis generis fon-
 te, de malitia fraudibusque praescindendis, simulque in refracta-
 nos variae poenae constituantur. III. ab IVSTI l. c. pag. 202.
 optauit, ut, praeter officiorum stricti iuris migrationem, calumnian-
 tum, ingratorum et immisericordium nimis uitia coercitionibus vindicarentur. Cui uoto, si legum codices et varia Germaniae insti-
 tuta diligentius respicimus, quibusdam in Jocis omnino responsum
 reperimus. Quod si igitur, quod nemini uitio vertatur, in harum
 legum rationes inquirimus, nonne easdem, nisi insipere studio uel-
 lemus, ex lege diuina naturali, et, quod caput rei est, reuelata,
 iure optimo repetamus? Cur non esse boni, quam uideri, malu-
 mis, et numquam recte facere, ut fecisse videamur. Nemo no-
 bis inopportune obiciat, haec suaderi magis, quam imperari, quo-
 niam internum officiorum studium remedii externi, uiolenti, incapax
 est. Imperantur omnino, et transgressores poena manet certissima,
 quam superior sponte, non interpellatus, quemadmodum in per-
 fectae legis neglectu, irrogat, quamque dicto non audiens luere
 debet, uel existimationis et honorum iactura, uel aere, uel corpo-
 re suo. Causa igitur, ne politiae instituta sapientissima omni vincu-
 lo spolies, eademque fallaci imperfectae obligationis obtutu irrita
 plane efficias, cum insuper scias, et quotidie experimento discas,
 hodie uitae officiis stricti iuris accenserit, quod heri pudori et libero
 arbitrio tuo relictum fuerit. Ofcitantiam multorum non ignoramus;
 sed nobis, meliora edocitis, alienus sopor ad summe perfecta nitendi
 animum non deprimat. Princeps, isque christianus, naturae huma-
 nae vires et latebras optime perspexisse putatur. Is ipse suo uitae
 specimine ciuibus praelucebit, eoque scitis suis spiritum quasi atque
 sanguinem instillabit. Nam uita principis censura est, eaque per-
 petua: ad hanc dirigimur, ad hanc conuertimur; nec tam imperio
 nobis opus est, quam exemplo eius, cui cari, cui probati esse,
 cuiusque unius moribus uiuere nos omnes cupimus. Ita egregie
 passim PLINIVS in panegyrico. Sed, ut rudioribus subueniat, exem-
 plu suo addit leges sapientes, leges diuinis legibus promulgatis
 congruentes, in quibus sibi perfectionis summae metu proponit,
 et ciues suos non tam securi et quiete, quam decore quoque, ho-
 nesto

nesté atque pie uiuere iubet. Temerarios ui compellit, oscitantes admonet; et, conscius humanae debilitatis, laetatur impense, si sensim sensimque ad fruges sedire incipiunt. Ut perseverent in obsequii ardore, cuius uis maxima, leges primarias legibus secundariis praemunit, hoc est politica, quae vocant, instituta adhibet, eoque efficit, ut, quod antea uis et imperium, mox mores uocentur. Nostra saecula, tellus nostra saeculis prioribus, aliisque orbis partibus longe antecellere uidentur. Virtus docetur in templis, docetur in scholis, in tabernis, in plateis. In scelera declamant senes, declamant iuuenes, nec adeo amplius puerulis difficultate est, saryras scribere, quae, ludimagostru subridente, parentum praecordia gaudiis implet. Castigarunt olim, PLINIO auctore, uitia sua ipsi, qui castigari merebantur, iidemque emendatores, qui emendandi fuerunt. At enim uero nostris diebus spe sua non prorsus excidere semper uidentur, qui quasi nationis suae praeceptrores, singulis hebdomadibus ad populares suos moralem cionem typis exscriptam emitunt, in eaque, prouti uarietas inscriptio- num fert, humanitatem, uitam socialem, decorum, patriae amorem, integratatem et Christianitatem, inspersis multis salibus, miscentes cum utili dulce, non sine maximo laboris fructu commendant. Nec aliud agendo nihil se esse merito credunt glomeratae linguarum causa soliditates, si (huic enim bono adsumus, aiunt) quoduis negligiarum genus armis ingemni hostilibus infestant, quoniam

— — ingenuas didicisse feliciter artes
Emollit mores, nec finit esse feros.

Nos, Tuistonis nepotes, institutis his praeclarissimis insigniter mutati a maioribus nostris, qui caedibus, rapinis, gulæ nimium quantum indulgebant, adeo ingenio moribusque differimus, ut mansuetudinem immunitati, frugalitatem luxuriae et uirtutis splendorem, simplicitatem rusticac, praeferamus. Cum, quod ad externum ornatum, boni re- critique uideri uolumus, et dum uolumus, tales aliquando futuri sumus; ergo agite, o mortales, concitate gressus, fucum abstergite, mentes emendate, et turpe honestumque, quia honestum est uel turpe, expetite, fugiteque! Quibus litium aeternis fraudibus interdictum est regali sapientique prouidentia, (quis enim ignorat regis, legibus armisque potentissimi, iussa severa?) si, quod omittens debent, ex af-

D

fectu

fectu christiano, Paullino monito obedientes I Corinth. VI, 7, omitunt, melius acturi sunt. Viri rerum prudentissimi saepius iam suosores existere, ut religionis et iuris elementa infantibus in scholis, adulterioribus in templis, proponerentur. Non abnuimus; addimus, fore, ut uberiores sanctioresque fructus ex utilissimo hoc instituto referamus, si iuris stricti regulas ad religionis nostrae stateram expensas, hoc est, officia iuris naturalis Christianorum populo tradamus. An euēntus umquam respondeat optatis his saluberrimis, non coniiciamus; quemadmodum quoque animum non inducturi sumus, fore, ut, quae mox dabimus, consilia plurimorum calculis probentur. Ius naturae singulorum, ad gentes liberas applicatum, ius gentium dicimus. Si igitur homines singuli naturae iussa religioni nostrae conformiter expedire necesse habent, cur non gentes liberae, christiana? Ius gentium, quod a pactionibus uel moribus nomen fortitur, trutinam istam christianam uix aspernaretur. Ergo ius gentium Christianorum, uisione varia sumtum, animo facile complecti possumus. Eam partem philosophiae practicae, quae nexus imperantem inter et subditum tradit, ius publicum uniuersale appellamus. Iam contendere posse uidemur, etiam in hac disciplina conducere doctoribus; si nostrae religionis scita, eam tironibus tradituri, in mente oculisque habeant. Cum politicam profitemur, principem magistratumue, qualiter regat, cui praeesit, hominum societatem, consiliis monitisque iustruere uolumus. Nullam hac moralis philosophiae parte magis deprauatam hominum perditissimorum malitia scimus, ideoque merito laudamus conatus JACQ. BENIGNE BOSSVET dans la politique tirée des propres paroles de l'écriture sainte. Quae priuatae domus regendae praecepta continet, politicam priuatam, illustr. THOMAS. in dem kurzen Entvurf der politischen Klugheit et S. R. CHRIST. AVG. HEVMANNVS im politischen Philosopho ex christiana prudentiae regulis non sine insigni emolumento tradere coepere. Sed inuentis his addere quidquam, esse haud difficile, prouti par est, modeste arbitramur.

XII

Refutan- Explicata nunc, stabilita satis atque illustrata nostra de iure na-
turum argu- turae Christianorum sententia, optimo iure huic specimini finem im-
menta ad- ponere licet. At quem, quaeſo, finem? Aduolat hostium nubes,
uerfario- denunciatur bellum, conclamat ad acma, parantur machinae et
rum. tormenta

tormenta. Quis furor? Quae panica terricula? Ah! corruerent, si nostram probarent sententiam, lubrica iuris naturae fundamenta. Reiciuntur enim inordinatae inclinationes, damnantur stimuli effrenati. Os profecto durum! Hinc, non, ut optimum quemque doctissimum que decet, argumenta, eaque ponderosa, sed scommata ad deludendam, ut summorum virorum operam, sic salutarem nostram scientiam proferuntur. Vix autem ac ne uix quidem creditu facile est, quam irreuerenter, quos reuereri sapientes omnis aevi decet, pii matres summi Leibnitii inquietantur, ac quantis, quamque indignis innatarum legum sacerdote criminationibus religiosa polyhistoris consummatissimi in naturalis iusti rectique disciplinam consilia, contra ius, fasque, genti eruditorum in primis sacrum, ab ipsis gentium iuris moratiorum buccinatoribus misere afficiantur. Instinctibus tamquam furiis ferae subinde bestiae exagitantur, nec tamen in sui generis perniciem; homo solus, homini etiam post fata lupus et in quamvis impietatem promptus, nisi domitos ratione, refrenatosque animales motus suos ac libidines habet. O barbari mores! O ingrata nimis posteritas! Interim et prioribus et nostris temporibus murmurarunt quidam, praeconcepsis opinionibus abrepti, contra ius naturae, diuina ueste indutum, ita tamen, ut, quia argumentis instructi, responsione digni uideantur. 1) Quo, mi care, uis, ecclamat non nemo? *Siccine aliud ibi* *Anonymi,*
est ius naturae Christianorum, quam Iudeorum, Turcarum, gentilium?
 Quodcumque iuris naturalis est inter Christianos in Europa, nonne idem quoque istius iuris esse censes inter Malabaros in Asia, in Africa inter Hotentotos, interque Harones in America? Ita severus censor Tubingensis introd. I. P. Trieri in ius gent. christian. in nouell. lit. h. a. p. 374 sq.
 Praeclara, si Diis placet, inuersa autem, (nam iure inuertuntur) multum praeclariora. *Americanus et Alemannus eamdem habent naturam,*
ergo Americanus est Alemannus, est Christianus. Si quando rerum gestarum tabulae et itineraria fide digna abs te euoluantur: de barbarorum iure naturali barbaro haud amplius tam magnifice senties, ac non nisi animi oblectandi pariter, ac ingenii exercendi caussa literis consignata fuisse, tu, ceu aequus rerum arbiter intelliges, quae ingeniorum pars summorum, MONTESQUIEU et ROUSSEAU, Gallorum Helvetiorumque musarum decora maxima de alterius orbis populorum uel immunitate uel humanitate praestantiori in medium protulere. uid.
 D 2

L'ESPRIT

L'ESPRIT DES LOIX, et traité de l'inégalité des hommes Quaestio-
 nem in facto ponere uideris, et barbarorum animis aut parum iusti recti-
 que, aut nihil ferme insculptum credes, quoniam isti ne prima quidem
 vinculi necessarii officia sine pactionum interuentu obseruant, quid?
 quod saepissime fidem manu, pignore, obfide datam pro lubitu lae-
 dunt temere, rumpuntque. De Iudeorum autem hodiernorum iu-
 re naturali quam egregia specimina non habemus! Adeo natus sumus,
 ut in rebus quibusvis aliis, si tentare uolumus, quantum hu-
 mana indoles ualeat, . hominis, egregie culti, non simiae, aut usi
 exempla in scenam producamus: sed de moralis hominis facultate
 solliciti, mentibus nostris oberrare debent laruae monstrosae, homines
 quasi excepti, rationis ferme exfortes, feroce, gregatim pascentes,
 leones, bardi. His arietibus qui arcem nostram oppugnare uolunt,
 nae isti andabatarum more pugnant. Viri rerum prudentiores, na-
 turalis iuris Christianorum autores suasoresque, consilia sua obtulere
 hominibus, sana et culta mente praeditis, iisdemque Christianae re-
 ligionis sectatoribus, qui uel maxime in Christianorum consortio ex
 ipsorum natura, Christi fide polita, officia quaecumque non repetere op-
 probrio sibi summo ducturi sunt. (uid. §. diss. III) Quid igitur ad
 nos Americanorum natura, situ squalida et aliorum astu incul-
 ta? Fac hominem prius ex bellua Africana, ex Hottentotto, fac,
 ut sentire incipiat, se facultate, legem suam cognoscendi (ita eni-
 oraculum Paullinum Rom. II. 15 declaramus) praeditum esse; et,
 ut leges cordi suo inscriptas eo melius legere possit, conspicillum
 porrige, quo nostrates quoque subinde carituri, uariantes legum na-
 turalium lectiones mirum in modum cumulant. Mox tu (quouis
 secum pignore contendis) uidebis, aliam esse brutorum, aliam
 barbarorum, aliam hominum bene educatorum, aliam Christiano-
 rum naturam, quam quidem omnibus antecellere nos firmiter per-
 suasi sumus. Si quis haec attente considerat, eius uix mentem ar-
 gumentorum umbrae turbabunt, quibus CHRIST. THOMASIVS,
 vir sumpus, in den Monaths Gesprächen an. 1689. p. 222 Pra-
 schium aggreditur. Sed II.) pergit philosophus acerius, sectae sue
 propugnator acerimus, aut ius naturae (christianorum congruit cum
 iure naturae, gentilibus cognito; et praeter titulam nihil in se noui ac
 lectione digni habet, aut non congruit, et uel falsa continet, auctori pa-
 rum

THOMA-
SI,

rum gratiae conciliaturae , uel de fidei rebus tractat , atque ideo fru-
 stra iuris naturalis nomen fortitur . Desideramus hic merito aciem
 iudicii Thomasiani . Iam in mentem beneuoli lectoris reuocamus ,
 quod supra diss. §. X contendimus , legibus , rationis ope cognitis .
 nihil demi per revelationem , nihilque addi , easque solum pro statu
 hominis Christiani declaratas fuisse in novo foedere , ac nouis uin-
 culis , rationi non contrariis , corroboratas ; indeque autem cuicun-
 que manifestum erit , multum noui et lectione digni praeter titulum
 tradi debere in iuris naturae Christianorum disciplina . Si ad modum
 Thomasii ita rationes adornaremus : aut Germanorum cum Romanorum
 iure publico congruit , aut non congruit , et uel falsa continet , uel nomen
 iuris publici Germanorum frustra fortitur : quis est , qui cachino-
 nos non tollat ? Alia status forma aliam legis naturalis explicatio-
 nem postulat , quam multo clariorem , ratione haud inuisa , ex re-
 velatione sublimiori haurimus . Interpres praceptorum animi
 Christiani , praeclara et excelsa iubentia , nec minus consentanea ra-
 tioni docebit , nec falsa , nec mera fidei capita , III) Sunt a se in-
 uicem prorsus distincta , inquit IAC. FRID. LVDQVICI in historia LVDO-
 VICI .
 iur. nat. p. 132 , lumen rationis et revelationis ; et diuersa inde offi-
 cia - - - Ergo , qui ius aliquod naturae ex sacra scriptura dedu-
 cendum esse contendit , duo lumina et disciplinas , a se distinctissimas , mi-
 sere inter se inuicem confundit , nec ius naturae daret , sed theologiam ,
 et officia non hominum sed Christianorum . Parum agerimus rationes
 subducit vir ^{particularitas} . Non opus est , quod haecreamus in pro-
 fliganda hypothesi , diuersam officiorum naturam esse , quae ratio-
 nes ac revelatione docet , cum supra §. diss. X quae contra dicenda fue-
 rent , abunde dixerimus . Nemo rerum peritus logomachia delecta-
 bitur , et diuersum a naturali officium vocabit , ad quod argumen-
 tes validioribus , hoc est , ex noua status Christiani figura , monente
 diuino verbo , transsummis , obligaris . Damnum tua culpa factum re-
 sareire te iubet ratio , cogit lex ciuilis ; et lacer codex quod pracci-
 pit , datum damnum ultro ut resarcias , rationi quoque consentaneum .
 Romana sanctio , (loqui nobis licebit cum ICto ex ea arte , quam
 olim professus fuerat) in legum domesticarum codice repente , na-
 turam suam non exuit , sed firmius tantum obsequiu fulcrum eidem
 adstructum fuit . Ex scriptura sacra , quam omnes amplecti de-
 D 3 be-

bemus, leges religionis colligimus, quarum in numero habemus tum excelsiores fidei sanctiones, tum puriores actionum normas, Christianorum naturae pariter ac rationi conformes. En omnino sacram scripturam iuris Christianorum naturalis fontem! Igitur quadrata rotundis non miscemus, si concinnam uinculorum subordinationem officiorum Christianorum seorsim explicamus. Sed ita non hominum, inquis, officia tradit, sed Christianorum. Bene! Christianorum nos, non hominum, qua talium, officia distinctius tradita cupimus. III) In iure naturae, instat LVEDOVICI, Thomasianae doctrinae propagator, c. I. p. 132, non queritur, an aliquis regentus sit, annon, sed an officia huius iuris naturalis a quocunque etiam gentili percipi ritè queant. Socii Christiani nominis cum inter se rem habent, more Christianos decente non agentes, sed gentilium seu irregenitorum hominum larvam gerentes turpiter sese fallunt. Ab homine tantum christiana religione nostra experite iuris tantum naturalis officia postulabis. An ratio recta sit et decenter exornata hac in re quaerimus, an gentilium sit ratio, nihil euramus. Nescio, quo uitio abrepti, solum gentilium fidem hic implorare solemus. Vbi nām gentium degit iste gentilis, ad culus rationē, tamquam ad tribunal, configere tutum. Num in Africa aut America? Minime gentium. An est diuus Plato, an summus Aristoteles, an Cicero, Seneca et caeteri? Nos quid sentiamus de ipsis Graeciae Romanaeque sapientiae luminibus supra diss. §. III n. VII diximus. Nostrum sapientum vox una: nos veterum inuentis immane quantum addidisse. Vix ipsis relinquentes dicendi principatum, Logices, Metaphysics, Physices et uniuersae philosophiae practicae conceptus multo generaliores et accuriores iactamus, inque vulgus emittimus. Quid est igitur, quod, quam late ratio sibi relicta, eaque perfecta et numeris suis absoluta pateat, sciscitaturi, gentilium oracula incerta, caeca, ambigua in sola morum disciplina, inconsulte consulamus? In morum, inquam, disciplina, cui fundamentum unicum patatur ex initii solidioris cognitionis theoreticae, cuius, praे nostris, gentilium perspicaciorum specimina ualde exigua, debilia? Praeclara sunt illa S. R. WALCHII in der Einleit, in die theologischen Wissenschaften c. VI §. 20. doch hat man mit philosophie geboren und am sich höchsten Lebren die Meugungen der beginnischen Welt.

weisen nicht zu vermischen und sie vor eins anzusehen. Nein : das wäre ein 'ungegründetes Urteil, damit sich jemand oftmals betriegen würde. Eine an sich vernünftige und eine beydnische Lehre sind vielmals zwey verschiedene Dinge. Conf. c. l. S. 42. add. CANZI discipl. moral. S. 382.

T A N T V M .

P R A E S E S
CLARISSIMO DOCTISSIMO QVE DOM. CANDIDATO
S. P. D.

Pergratum mihi est, CLARISSIME DOMINE CANDIDATE, quod, dum TIBI gratulari uolo, id merito TVO facere possim et debeam. Quidni enim multa gratulatione profequar, TE, quum huc uenires, pleno gradu studiorum TVORVM cursum esse ingressum, et cum hic, tum postea senae, numquam ab iis feriatum esse, atque, postquam huc reuertisti, ea ita continuasse, et prae TE tulisse ac expressissime, ut iam fructum eorum, dignitatem philosophicam, cum laude reportes. Neque minus honestatis nomine in laude es; a qua numquam in Academiis sciunctas rationes habuisti. Quae honestas TVA sine dubio in causa fuit, ut, quum TIBI, pro ueteri et laudabili instituto, specimen publicum, pro obtinendo honore philosophico, edendum esset, pro iure naturae Christianorum propugnare uelles. Facile enim honesta honestis placent. Quod si uero id haud omnibus aliis arrideat, noli mirari. Vnde enim repente tantum boni eueniait, ut rectissima sive pluribus sive omnibus iucunda fuit? Quemadmodum autem hoc specimen ita TVVM est, ut mihi uix sex uerba ex eo debeas: ita id omnino probo laudoque, qui dudum censui, virtutem atque honestatem aut altissimis radicibus defixam esse debere, et latissime patere, aut nomen haud raro fore inane, et procul a partibus et officiis ciuilibus tuendis abesse. Vale.

PRAENOBILISSIMO DOMINO CANDIDATO
S.
IOHANNES BERNHARDVS HOFFERVVS, I. Cand.

Opp.

Nefas putarem, uota ardentissima non nuncupare honori Sodalis Dilectissimi, nec Tibi, OPTIME SCHWARZI, in amore respondere, cuius multa in me pignora iam dudum extare uoluisti. Ut summa liberalioris doctrinae praemia rite capias, ex maiorum more, Ordinisque Sapientum iussa capessitarus, pro suggestu publico de arguento utili atque ualde graui, eruditè dissiris, et a curia haesitantium mentes placide abducis. Egregie facis, DOCTISSIME CANDITATE, quod capacis Tuæ mentis, rerumque, cum diuinarum, tum humanarum notitia uberiori exornatae, facultates amplias omnibus cognoscendas præbes, enixurus ad solidam gloriam, non nisi bene merentibus propositam. Qui splendida Magistri dignitate sunt aucti, iidem, censente Paullo, Seueri et Carrallae

racallae imperatorum administratio , magis quam caeteri diligentiam et sollicitudinem rebus , quibus praefixat , debent , atque adeo , ex arbitratu quorumdam , uel magi parui , uel reliquos eruditos eruditio ter maiori antecellere existimantur , quoniam magistrum aut a mago , aut a magis ter dictum fuisse , ingeniose arbitrantur . De Te , CARISSIME , praeclare quaenam ominantur omnes , qui solertia Tuam incredibilem atque peruvicax virtutis rectique moris studium proprius norunt . Ego certe , queso , inprimis Te complector , inque oculis ferro , nec laudibus cuiusquam ex aequalibus magis cupio , nec opiniorem , neque laetorem , quam de Te , spem concipio , fore , ut in urbe patria laborum vigiliarumque fructus largissimos mox referas , compos uoti parentum honestissimorum , quos Tibi Deus seruet . Annuat supremum Numen potis bonorum omnium , annuat meis , et Tibi prospere cuenire gloriae aequalinem iubeat , nihilque non faustum bonumque cumulate lauguatur . Memoriam integram Tuas amicitiae , defixam alte animo , donec humanis rebus fruar , religiose fernabo ; Tu uicissim faciere mihi perges et optime ualebis . Dab . Altioru d . VIII Nou . ccccclvi .

Nón opus est , credo , longis sermonibus uti ,

Vt celebrem laudes , optime Amice , Tuas ;

Quae doctrina Tibi , quae sit Tibi copia fandi ,

Quale sit ingenium , pagina docta docet .

Gratulor hinc , merito ornantem Tua tempora , laurum !

Gratulor ingenium non latuisse Tuum ! *

Hactenus et nostro quuma nil magis arctius , oro ,

Vt quoque , quod ueniet , tempore , duret amor .

* Ouid . Trist . I . Eleg . VII .

Ita

Praenobilissimo atque doctissimo DOMINO CANDIDATO

Amico suo astutissimo ,
egregium eruditiois documentum , summosque in philosophia honores ex animo gratulatur

C O N R A D V S E R N E S T V S S I V E R S ,
Obisfelda - Magdeburgicus , Phil . et Theol . Cult . Oppon .

In uita decus est ingens , si iure regatur ,

Et lumen caeli compleat amore decens .

Differis hoc SCHVVARZI , et quod laudas , efficis ipse ,

Ac TIBI sic laudem , et praemia certa paras .

Clarissimo atque Doctissimo DOMINO AVCTORI ,

Amico suo Carissimo ,
singularem doctrinam atque sequuturos breui summosque in Philosophia honores sincera mente gratulatur

D A N I E L T E R S Z T Y E N S Z K Y

Scepstrio - Hungarus , I . V . C . Opponens .

itiam et follicitas
tratu quorumdam,
antecellere existi-
dictum fuisse, in-
ominantur omnes,
tique moris studi-
complector, inque
s cupio, nec opis-
fore, ut in urbe
teras, compos uoti
at supremum Numen
nire gloriae accessi-
riatur. Memoriam
uis rebus fruar, re-
alebis. Dab. Altorfii

rum?

mor.

MINO CANDIDATO
imo,
mosque in philo-
sophia
S SIVERS,
pol. Cult. Oppos.

is ipse,

MINO AVCTORI,
imo,
uturos brevi summos
mente gratulatur
ENSZKY
, C. Oppos.

racallae imperatorum administratio, magis quam caeteri diligentiam et sollicitudinem rebus, quibus praefunt, debent, atque adeo, ex arbitratu quorumdam, uel *magi parui*, uel *relicuos eruditos eruditione ter maiori antecellere existimantur*, quoniam *magistrum aut a mago, aut a magis ter dictum fuisse, ingeniose arbitrantur*. De Te, CARISSIME, praclare quaevis ominantur omnes, qui solertiam Tuam incredibilem atque peruicax virtutis rectique moris studium proprius norunt. Ego certe, quaeso, in primis Te complector, inque oculis fero, nec laudibus cuiusquam ex aequalibus magis cupio, nec opimorem, neque laetiorem, quam de Te, spem concipio, fore, ut in urbe patria laborum uigiliarumque fructus largissimos mox referas, compos uoti parentum honestissimorum, quos Tibi Deus seruet. Annuat supremum Numen uotis bonorum omnium, annuat meis, et Tibi prospere eueniare gloriae accessiōnem jubeat, nihilque non faustum bonumque cumulate largiatur. Memoriam integrae Tuae amicitiae, defixam alte animo, donec humanis rebus fruar, religiose seruabo; Tu uicissim fauere mihi perges et optime ualebis. Dab. Altorfii d. VIII. Nou. cccclvi.

Non opus est, credo, longis sermonibus uti,
Vt celebrem laudes, optime Amice, Tuas;

Quae doctrina Tibi, quae sit Tibi copia fandi,
Quale sit ingenium, pagina docta docet.

Gratulor hinc, merito ornantem Tua tempora, laurum!

Gratulor ingenium non latuisse Tuum!*

Hactenus et nostro quum nil magis arctius, oro,

Vt quoque, quod ueniet, tempore, duret amor.

* Ouid. Trist. I. Eleg. VII.

Ita
Praenobilissimo atque doctissimo DOMINO CANDIDATO

Amico suo aestumatissimo,
egregium eruditiois documentum, summosque in philoso-

phia honores ex animo gratulatur

CONRADVS ERNESTVS SIVERS,
Obisfelda - Magdeburgicus, Phil. et Theol. Cult. Oppon.

In uita decus est ingens, si iure regatur,

Et lumen caeli complet amore decens.

Differis hoc SCHVVARZI, et quod laudas, efficis ipse,

Ac TIBI sic laudem, et praemia certa paras.

Clarissimo atque Doctissimo DOMINO AVCTORI,

Amico suo Carissimo,

sangularem doctrinam atque sequuturos breui summas

in Philosophia honores sincera mente gratulatur

DANIEL TERSZYENSZKY

Scepusio - Hungarus, I, V, C, Opponens.